



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

Cap. I. Sitne Societas Iesv vera religio, & cur ita appelletur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

TRACTATVS DECIMVS
DE RELIGIONE SO-
CIIETATIS IESV
IN PARTICVLARI.

LIBER PRIMVS.

De religione Societatis IESV, quo ad Institutionem, & institutum eius in generali.



Hæc est postrema pars totius operis de statu religionis, quæ sicut pluribus titulis, ac nominibus, à me debita est, ita præcipue, ac primario est intenta. Cum enim ante quadraginta annos, ex quo hæc scribo, scribo autem anno 1595. magno diuinæ gratiæ beneficio ad hanc religionem vocatus sim, & toto hoc tempore in ea educatus, nutritus, & conuersatus, eius viuendi rationem, ac institutum admiratus semper fuerim, & in ea singularem morum probitatem, & erga diuinam maiestatem, religionem, ac reuerentiam; erga proximos verò eximiam charitatem, & animarum zelum in varijs, ac distatissimis prouincijs Italiae, Galliae, totius ferè Hispaniæ, ac tandem Lusitaniae fuerim expertus: videamq; nihilominus religionem hanc, non solum ab hæreticis hominibus, (quæ illius magna laus est) odio haberi, verum etiam, specie religionis, ab hominibus sanam doctrinam, & religionem Catholicam profitentibus, oppugnari, varijsq; modis, tum in priuatis colloquijs, tum etiam in publicis lectionibus, & concionibus, vel iniquis detractionibus, vel sophisticis argumentationibus, exagitari: diu, multumq; desideravi, eius, quæ in nobis est, religionis rationem vtriusq; reddere, & obiectionibus vniuersis, quæ hæcenus contra Societatem excogitatae sunt, satisfacere. Non quia veritas ipsa, quæ luce clarior est, aut religio, quam Apostolica Sedes toties probauit, & diuina gratia suis operibus illustriorem reddidit, nostra defensione, aut illustratione indigeat, sed vt signum aliquod grati animi, & Deo, qui me vocauit in Societatem filij sui, & ipsi Societati, cui totum quod sum, vel habeo, debitum recognosco, exhiberem. Quamobrè sanctissimorum Patrum Thomæ, & Bonauenturæ exempla sequutus, opus hoc diuina gratia confusus aggressus sum. Quia verò Societas hæc quædam habet cum cæteris religionibus communia, quædam autem propria; propter priora, nonnullis minis necessaria in Ecclesia, vel potius superuacanea visa est; eo quod nouissimis temporibus, quando Ecclesia multis, & grauissimis religionibus abundabat, inuenta videatur; propter posteriora verò, res noua, ac propterea, vel hoc solo nomine suspecta multis existimata est, ab alijs autem minoris habita, quod parum rigorosum, & austerum viuendi mo-

dum amplexam esse calumnientur. Ad satisfaciendum igitur omnibus, necessarium existimauimus ea prius, quæ religioso statui communia sunt, diligenter, & exactè tractare; quod hæcenus præstitimus. Deinde verò (quod nunc aggredimur) Societatis institutum distinctè, ac dilucidè explicare. Ita enim speramus fore, vt ad maiorem Dei gloriam, & animarum fructum, religionis huius dignitas, & utilitas omnibus innotescat, & oblatrantium ora, aut obticescant, aut confundantur. In hoc ergo primo libro generatim Societatis institutum, ordinem, harmoniam, seu hierarchiam proponemus, ac declarabimus: In sequentibus, verò de singulis eius partibus, votis, ac præcipuis constitutionibus, (hæc enim omnia instituti nomine comprehenduntur) disseremus.

CAPVT I.

Sine Societas IESV vera religio, & cur hoc nomine insignita sit?

Sypponimus esse in Ecclesia catholica congregationem quædam clericorum, specialem regulam, sub obedientia propriorum Prelatorum proferentium, quam hoc nomine Societas IESV appellamus. Hoc ex facto ipso per se euident est, & ideo non indiget alia probatione, præterquam quod huius congregationis, sub eo nomine, honorificam mentionem fecit Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de reformatione. & ante, ac post illud multi Pontifices in bullis suis, quorum sententias postea referemus.

Dicimus ergo primò Congregationem hanc esse veram, & propriam religionem: quod de toto aspectu hoc corpore Societatis nullus catholicus negauit: docuit vnquam, quem ego sciam, nec negare potest; est enim (vt existimo) certum de fide; nam si hæc non religio esset vera religio, nulla profectò est in Ecclesia religio vera, quod dicere hæreticum esset. Sequela autem patet, quia esse religionis non antiquitate, & quali præscriptione acquiritur, sed professione statui ad perfectionem tendenti, & ab Ecclesia approbati. Hæc autem omnia in religione hac manifestè inueniuntur. Nam finis eius est non solum ad perfectionem tendere, sed etiam alios, quoad fieri possit, ad eam ducere. Ad hunc autem finem assequendum, sit in ea seculi abrenunciatio, & ad diuinum cultum specialis consecratio per tria vota substantialia religionis, cū vera etiam

etiam professione solenni, quae in aliquibus membris huius corporis sit; ergo de toto hoc corpore dubitari non potest, quin sit vera, & propria religio. Quomodo autem in singulis eius membris hic status inueniatur, in discursu Operis dicitur.

III. Secundo dicimus, hanc religionem esse distinctam à reliquis specifica distinctione morali, eo modo, quo in religionibus hac distinctio inueniri potest, ut vidimus in tract. precedent. cap. I. Hoc etiam per se notum est ex modo procedendi eius. Nam post Summum Pontificem sub diuerso capite, seu Generali, constituit suam propriam monarchiam, & sub proprijs, ac distinctis constitutionibus, ac regulis viuunt, & quamuis cum alijs religionibus conueniat in generali fine inquirendi perfectionis, hoc tamen speciale habet, quod in suo fine non tantum acquirere perfectionem, sed etiam illam in alijs exercere, seu ad alios deriuare intendit, & ideo in modo illam acquirendi sese accommodat aliorum etiam utilitati, & saluti, atque ita incumbit suorum membrorum perfectioni, ut ad aliorum utilitatem ea informet. Unde etiam fit, ut ad hunc finem proprijs, vel (ut sic dicam) appropriatis medijs utatur. Ac denique ex eodem capite etiam nascitur, ut corpus hoc pluribus magisq; varijs membris constet, quam cetera aliarum religionum, siquid (ut ita dicam) magis heterogenea, quia ille finis, ad quem ordinatur, plura requirit munera, atque etiam plura organa necessaria sunt. Est ergo hac particularis religio distincta à reliquis, quia post alias nata est, propriumque fundatorem habuit, propriaque approbatione indiguit: quae omnia sigillatim probanda, & tractanda sunt. Nunc tanquam certa supponuntur magis, quam probantur: quia sub hac generalitate nullam habent dubitationem.

Societatem proprium nomen sibi vindicare oportuisse.

IV. Tertiò pro secunda parte tituli, ex dictis concluditur, moraliter necessarium fuisse religionem hac proprium aliquod, & speciale nomen habere, eique imponi. Quia omnes res particulares indigent proprijs nominibus impositis, alioqui impossibile esset humano modo, de eis sermonem habere: cum ergo hac religio particularis sit, & post alias instituta, particulari etiam nomine indiguit, ac nouo, & à nominib. aliarum religionum diuerso. Hoc autem nomen licet ab alijs, per errorem, aut vlgarem vsum, varium, ac multiplex fuerit, verum certè, ac proprium vnicum tantum est, Societas IESVS. Religiosi enim Societatis in varijs regionibus à multis sunt vocati Theatini, ab alijs Iunguista, à nonnullis Iesuitae, seu Iesuisti, alicubi etiam praesertim in Lusitania, & India Orientali, Apostoli dicti sunt: omnia autem haec nomina, aut sine veritatis fundamento, aut sine auctoritate, nostris hominibus sunt attributa. Ordo enim Theatinorum, qui in aliquib. Italiae partibus floret, peculiaris quaedam religio est, sed à Societate longè diuersa: distinctum enim fundatorem habuit, (in quo Chemnitius malitiosè errauit, ut Iacobus Payua n. 5. citandus notauit) nempe Cardinalem Petrum Carrapha Episcopum Theatinum, qui postea fuit Paulus IV. Pontifex, & institutum habet, ac rationem viuendi longè diuersam: habet tamen nonnullam similitudinem cum religione Societatis in exteriori specie habitus clericalis: vtraque enim religio clericorum est: & propter hanc similitudinem, & quia prope eadem tempora vtraque religio exorta est, ideo vulgus nesciens discernere inter homines vtriusque religionis, Theatinorum nomen, quod paulò erat antiquius, ad religiosos Societatis accommodauit. Nomen autem

Innigustarum, quatenus à nomine Ignatii (Hispanè Ignigo) deriuatum est, non carebat fundamento veritatis, quantum ad etymologiam, rectè enim potest, & solet, religio à nomine sui fundatoris nominari: caret tamen fundamento auctoritatis, sine qua nullum est verum nomen alicuius rei: oportet enim, ut sufficienti auctoritate sit impositum: hoc autem nomen, non solum à nemine habente auctoritatem Societati impositum est, verum repugnat potius intentioni fundatoris eius, qui humilitatis causa noluit suam religionem à suo nomine appellationem accipere.

Idem seruata proportionem dici posset de nomine Iesuistarum, quo quidem nomine abutuntur haeretici, ut homines Societatis proscindant. Nam Chemnitius in quodam libello, quem contra Societatem scripsit, sic dicit appellari hos religiosos Iesuistas, non quia verè sint Christo coniuncti, sed quia sunt manifesti hostes Iesu: sicut olim (inquit) Imperatores Asiatici, vel Africani appellabantur, quia illas prouincias debellauerant: aliquando verò malitiosè deprauant, ac distorquent per ludibrium, ut refert Payua statim citandus, & Surius in commentario de gestis Orbis anno 1536. Libellum autem illum cum alijs eiusdem haeretici, damnauit Pius IV. per Epistolas missas ad Maximilianum Imperatorem, & ad Albertum Bauariae Ducem, & ad Episcopos Germaniae, quas in vnum collegit Otho Cardin. Albancensis, & Augustanus Episcopus. Contra eundem etiam haeticum pro Societate, eiusque nomine gloriosè pugnavit Iacobus Payua Lusitanus lib. 1. Itaque si nomen illud pie, ac syncrè interpretari velimus, accommodatum satis est ad religiosos Societatis voce simplici nominandos, praesertim supposita ipsius religionis appellatione dicta: si enim tota religio Societas Iesu dicitur, quia Iesus est quasi vinculum, & centrum, in quo huius religionis socij copulantur, & ob alias causas, quas statim in num. 13. attingemus: cur non poterunt membra eius Iesuita vocari? Sic enim, (ut Epiphanius refert haereli 29. longè à principio) fideles in principio Ecclesiae, ut à Christo coeperunt Antiochia appellari Christiani, Actor. 11. ita alijs deriuatione locis à Iesu sunt vocati Iesui, quod ferè perinde est, plures alii & eandem habuit deriuationem; nam totam etiam Ecclesiam aliquando vocauit Paul. Societatem filij Dei. 1. ad Corinth. 1. Potest etiam hac religio Societas Iesu appellari: quia nomen IESVS à salute dictum est, & saluatorem, ac medicum animarum ex propria etymologia significat: quia ergo hac Societas in hunc finem peculiariter congregata est, ut saluti animarum Christo cooperetur, ideo sub eadem etymologia eius religiosi, Iesuita dici possunt, quasi animarum curatores, ac medici, simile enim nomen in principio nascentis Ecclesiae religiosi esse impositum, auctor est Eusebius lib. 2. historiae capite 16. vbi ex Philone lib. de supplicibus, seu de vita contemplatiua ait, illum vocasse monachos curatores, eo quod tanquam medici, curatione adhibita, eorum mentes, qui ipsos adurent, à vitio, & turpitudine morbo eripias ad integram valetudinem restituerent. Et subiungit Eusebius. Siue igitur Philo ipse, dum propriam, & apostolicam hominum moribus appellationem attribuit volebat, suo ipsius arbitratu, & iudicio, illi istud nomen imposuerit, siue re vera ab initio auctores eius religionis, cum adhuc Christianorum appellatio nusquam penè locorum divulgata esset, eos ita nominari, longa ratione disquirere non est opus. Veruntamen eadem appellatio esse videtur, quae apud Dionysium ca. de Ecclef. Hierarch. p. 1. vbi religiosos vocat dignitatis: ipse vero interpretatur cultores: quam interpretationem Eusebius non omittit, quia vox illa deriuatur à verbo Graeco *dignitatis*, quod & famulari, & curare significat. vnde Luc. 4. vbi de Iesu dicitur, *curabas eos*, Graecè dici-

Quare haec nomen appellatum?

V. Quamobrè Iesuita dicta.

De hac S. Epiphanius Antiochia appellari Christiani, Actor. 11. ita alijs deriuatione locis à Iesu sunt vocati Iesui, quod ferè perinde est, plures alii & eandem habuit deriuationem; nam totam etiam Ecclesiam aliquando vocauit Paul. Societatem filij Dei. 1. ad Corinth. 1. Potest etiam hac religio Societas Iesu appellari: quia nomen IESVS à salute dictum est, & saluatorem, ac medicum animarum ex propria etymologia significat: quia ergo hac Societas in hunc finem peculiariter congregata est, ut saluti animarum Christo cooperetur, ideo sub eadem etymologia eius religiosi, Iesuita dici possunt, quasi animarum curatores, ac medici, simile enim nomen in principio nascentis Ecclesiae religiosi esse impositum, auctor est Eusebius lib. 2. historiae capite 16. vbi ex Philone lib. de supplicibus, seu de vita contemplatiua ait, illum vocasse monachos curatores, eo quod tanquam medici, curatione adhibita, eorum mentes, qui ipsos adurent, à vitio, & turpitudine morbo eripias ad integram valetudinem restituerent. Et subiungit Eusebius. Siue igitur Philo ipse, dum propriam, & apostolicam hominum moribus appellationem attribuit volebat, suo ipsius arbitratu, & iudicio, illi istud nomen imposuerit, siue re vera ab initio auctores eius religionis, cum adhuc Christianorum appellatio nusquam penè locorum divulgata esset, eos ita nominari, longa ratione disquirere non est opus. Veruntamen eadem appellatio esse videtur, quae apud Dionysium ca. de Ecclef. Hierarch. p. 1. vbi religiosos vocat dignitatis: ipse vero interpretatur cultores: quam interpretationem Eusebius non omittit, quia vox illa deriuatur à verbo Graeco *dignitatis*, quod & famulari, & curare significat. vnde Luc. 4. vbi de Iesu dicitur, *curabas eos*, Graecè dici-

dicatur, *de deo arroy*. Vide Bellarm. lib. de monachis cap. 1.

VI. In hoc ergo nomine rectè interpretato, nihil est à veritate, aut pietate alienum. Nihilominus tamē ipsa Societas non solet hoc nomine suos appellare, vel quia in bullis Pontificijs, aut constitutionibus eius, non inuenitur, & ideo apud illam non habet sufficientem auctoritatem, etiam si vulgo à multis vsurpatum sit: vel certè ad vitandam ambiguitatē, seu æquiuocationem. Fuit enim multo anteq̃ Ignatium congregatio piorum hominum, qui *Iesuati* appellati sunt, cuius meminit Sabellicus *Anead.* 11. libro 9. & Polydorus de Inuentoribus rerum. cap. 4. Volaterran. lib. 21. cap. de ordine eremitarum. Baron. in Martyrol. 31. Iulij. Eiusque initium fuisse dicitur Senis Italiæ vrbe anno 1360. authoribus Ioanne Columbino, & Francisco Vincentio, quorum institutum longè diuersum est ab instituto Societatis. Nam illi priuatæ tantum vitæ, seu perfectioni incumbunt, & communiter non ordinantur. Multi etiam graues authores dicunt, illam non esse propriam religionem, licet sit satis pius viuendi modus, vt Panormitan. in rubr. de regul. num. 2. & latius in cap. nullus. de foro compet. num. 11. & in consil. 55. quod ibi citat. Et Felin. cap. *Sancta Maria*. de consil. in principio, & Cardin. consil. 136. Cur autem illo nomine appellati sunt, variæ rationes redduntur, quæ videri possunt in historijs (nostra enim nō refert) apud Boerium lib. de vita & statu eremitarum num. 13. & Paulum Morigia in historia de ordinibus, cap. 33. & Hieronymum Romanum lib. 6. de Republica Christiana c. 22. Onuphrium in suo chronico anno 1367.

VII. Quantum *Apostolorum* nomen certum est à Societate non vsurpari, nec valde commune esse, nam extra Lusitaniam, Indiaq; Orientis, non est in vsu. Ibi autem non sine pia, & probabili analogia nostris impositum est. Nam quia in initio, ante approbatam etiam Societatem socij duo B. Ignatij, B. Franciscus Xauier, & Simon Rodericus, Ioanne Rege efflagitante, & Summo Pontifice imperante, in Lusitaniam profecturi, inde in Orientalem Indiam nauigaturi ad prædicandum Euangelium, felicitè missi sunt, tantoque fructu, ac vitæ exemplo, vterque Olysiptone; Franciscus verò in Oriente etiam per se, ac per suos socios, ministerium suum perfecere, vt Apostolos ad viuum imitari viderentur, ideoque tam ex nominis etymologia, quam ex vitæ perfectione *Apostoli* vocati sunt. Atque ita hoc nomen secundum quandam analogiam, & participationem intellectum, nec falsitatem, nec magnam inuidiam habere videtur. Tamen etiam caret sufficienti auctoritate, & impositione, & nonnihil arrogantia habere videretur, si propria voluntate esset acceptum, verum, vt dixi, nostri religiosi illud non vsurpant, sed potius quantum in ipsis est, cohibere, & emendare student.

VIII. Vnicum ergo ac proprium nomen huius religionis est *Societas IESV*. Hoc primum S. Ignatius inuenit, crediturque habuisse virginem à reuelatione illa, quam propè Urbem habuit, in qua Æternus Pater Vnigenitum suum Crucem humeris gestantem ostendit, eique Ignatium, & eius socios beneuolentissimè commendauit, quos eodem amore sub protectione sua Iesus suscepit, & apertis verbis Ignatio significauit. Hinc ergo ortum est sancti Ignatij desiderium, quod reliqui socij religiosissimè amplexi sunt, & in prima supplicatione, quam de approbanda sibi Societate Pontifici fecerunt, his verbis significarunt. *Quicumque, qui in Societate nostra, quam IESV nomine insigniri cupimus, &c.* Postea verò subiungit Pontifex generalem approbationem, dicens: *Pramissa omnia & singula, &c. Apostolica auctoritate approbamus.* Atque eadem petitio, & approbatio in

alijs Pontificijs bullis sæpe reperitur, præsertim in bulla 1. Iulij III. vbi Patres reperunt illa verba. *Quicumque, qui in Societate nostra, quam IESV nomine insigniri cupimus.* Et postea Pontifex subiungit. *Quapropter considerantes, nihil quod sanctum, primumque non sit, in dicta Societate, eiusque laudabilib. institutis, & exemplis Ignatij, & aliorum sociorum prædictorum vitæ, & moribus reperiri, &c.* In quibus bullis considerandum est, quod licet directè, & expressè rem, & non nomen approbare videantur, tamen dupliciter illud satis commendant, primò quia omnia ab illis Patribus propofita, & gesta laudant: nihil ergo reprehensione dignum in desiderio appellationis illius inueniunt. Deinde ac maximè, quia statim illa voce vtiuntur, & deinceps perpetuò hoc nomine religionem ipsam, religiosos verò ipsos socios appellant, quod omnes sequentes Pontifices obseruauerunt, & præsertim Greg. XII I. in sua constitutione, *Ascedenti Domino.* ac tandem Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de reform. regul. Atq; ita Pontificum mentem S. Ignatius inrelexerat, quando initio suarum constitutionum dixit. *Hæc inuicem congregatio, quæ à Sede Apostolica in prima sui institutione Societas IESV nominata est, &c.* Constat igitur nomen hoc magna auctoritate impositum, & confirmatum existere.

Aliquorum calumnia circa nomen Societatis IESV refellitur.

Nihilominus non defuerunt viri catholici & docti, qui cum in nostris primis patribus, eorumque religione aliquid quærerent, quod reprehenderent, in hoc etiam nomen inueperunt, arrogantia illis tribuentes, quod nomen vniuersæ catholicæ religionis proprium sibi vsurparent. Cum enim Paul. 1. ad Cor. 1. dixit, *Fidelis Deus per quem vocatissimè in gloriam filij eius Iesu Christi.* per illam societatem vniuersam planè Ecclesiam intellexit. Et hic dicitur vbi fuisse primus articulus censure, quam contra Societatem Vniuersitas Parisiensis edidit. Hoc etiam iam videtur significare voluisse Cano lib. 4. de locis. cap. 2. in principio, vbi tractans prædicta verba Pauli, inquit, *Quæ sine dubio Societas, cum Christi Ecclesijs, qui titulum illum sibi arrogat, h. videntur, & hanc inuicem more penes se Ecclesiam existere mentiantur.* Quibus vno verbo respondere possemus, nos illud nomen non vsurpasse, sed consensu Summorum Pontificum habuisse, magisque timendum esse, ne inuidijs vel arrogantia genus sit, ibi reprehensione dignum aliquid quærere, vbi tot Pontifices, tantumq; Concilium nihil inuenit, vel potius, dum nos calumniam, ipsos quoque tacitè reprehendere. Sed & nouissimè Gregor. XIV. in sua confirmatione instituti Societatis, quæ incipit, *Ecclesia Catholica &c.* data 4. Kalend. Iul. anni 1591. omnem hac de re quæstionē extinxit in hunc modum. *Quo vero ad id, quod in controuersiam vocata erat, si statim, nomen Societatis IESV, quo laudabilis hic ordo nascens, à Sede Apostolica nominatus est, & hactenus insignitus, perpetuo futurum temporibus in eam emendandus est, &c.*

Veruntamen, vt obiectioni eorum plenius satisfaciamus, duas dictiones quibus nomen illud controuersum fuit, distinctè consideremus, *Societas Iesu*. Et quidem, in priori nihil est, quod arrogantiam redeat, sed potius humilitatem, & charitatem. Noluerit enim dum nostri Patres, Pontificis approbationem antecederent, tendo, congregationem suam religionem nominare, & ideo vti sunt voce, quæ communissima est, & vix poterant inuenire aliam, quæ maiorem temperantiam, & modrationem animi indicaret. Deinde summo charitatis vinculo coniuncti erant inter se, hæc enim sola, ex tam diuersis nationibus, summo animorum consensu, & perpetuo nexu eos copulauerat,

erat, & hunc spiritum in sua congregatione relinquere maxime cupiebant, quod nullo alio nomine magis significare potuerunt. Et hoc indicant illa verba in 2. bulla Pauli III. *Ad perficiendam, & conservandam eorum Societatem in Christo vnionem, quandam viuendi formulam tradiderunt, &c.* Solet enim Societatis nomen, & ad militiam, & ad negotiationem, seu mercaturam specialiter applicari. Ex utroque titulo videtur hæc vox à B. Ignatio usurpata. Nam ad priorem spectat, quod in 1. bulla Iulij III. dicitur. *Postquam Dominus inspirante huius Iesu Christi in sua nomine dederunt, die, nocteque succincti lumbos, & ad tam grandem debiti soluti nem prompti esse debebant.* Et inferius. *Idonei reperi ad eundem finem Societatis admittantur ad hanc Iesu Christi militiam.* Et in 1. bulla Pauli III. *Quicunque in Societate nostra, quam IESV nomine insigniri cupimus, ult sub Crucis v. x. illo Deo militare.* Est ergo hæc quorundam militum societas. Ad posteriorem autem pertinere videtur, quod prius in eadem bulla dicitur: *Exemplaris a. religio, savi a soci effici, &c.* Quid enim est religiosa vita, nisi quedam spiritualis negotiatio, & mercatura? Cum ergo Diuo Thomas teste 1. p. q. 13. art. 2. ad 2. vnaquæque res ab operatione sua magis propria, magisque nota, optime nominetur, & finis, ac munus Societatis sit, præter vnionem, & charitatem propriam, perpetuo militare pro animarum salute, seu pro illis Christo lucrands negotiari, maxima cum proprietate religio hæc Societas appellata est.

ipsi sociati erant, & ceteros imitatores eorum coniungi cupiebant.

Sed instant, arrogantia esse, vniuersalis Ecclesie nomen sibi usurpare. Respondeo imprimis arrogantiam tunc proprie esse, cum quis aliquid boni, vel virtutis sibi attribuit, quod verè non habet, aut à se habere, quod à Deo habet, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 112. art. 1. ad 2. Neutrum autem horum fecit B. Ignatius, aut facit Societas per huius nominis appropriationem. Nam in primis hoc nomine proficetur, quod verè est Societas IESV, cum quia in illo vnitur perfecta vnione, qua membra capiti copulantur, & inter se ratione illius tum etiam, quia sub illo, tanquam sub primario duce militat: tum denique quia pro illo legatione ad homines fungitur, vt Deo reconcilientur: illique ad salutem animarum, quantum potest, cooperatur. Nam & Paulus Apostolus ad Philip. 2. Epaphroditum fratrem cooperatorem, & commilitonem suum appellat, eo quod in prædicatione Euangelij illi esset socius. Sic autem huius religionis ministri, si non tempore, & loco, certè spiritu, & munere illi sociantur. Tum denique, quia quidquid lucris in negotiatione sua hæc Societas intendit, totum ad IESVM pertinet, non enim quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi querere debet, ac conatur. Deinde hoc ipsum quod verè Societas est, non à se, sed à Christo habere, illo eodem nomine proficetur. Propterea enim non alterius hominis, sed IESV appellata est, vt ab illo intelligat se habere originem, & profectum.

At virget tandem possunt, ad arrogantiam etiam, & superbiam pertinere, ea quæ communia sunt, & excellentiam præ se ferunt, tanquam propria usurpare. Respondeo primò, vulgatam esse doctrinam etiam inter Dialecticos, genericam vocem aliquando attribui abiectioni speciei, vt denotetur potius nihil habere extendens, præter id quod commune est: nomen autem Societatis IESV, licet excellentiam magnam præ se ferat, tamen ex se non aliam significat, præter illam, quæ toti Ecclesie, & omnibus membris eius communis est, & ideo attribui potuit alicui parti eius, non tanquam excellentiori, sed tanquam minimæ, & quali nihil proprium habenti, vnde gloriatur. Deinde addo, etiam esse vulgarem Theologorum doctrinam, nomina communia, quantumuis excellentia, rectè appropriari alicui, quando, & penuria nominum cogit, & sufficiens ratio ad talem appropriationem inuenitur. Sic nomen Spiritus sancti, quod aliis commune est tertie personæ, tanquam proprium imponitur, vt omittat multa essentialia, & communia nomina personis appropriari, vt potentiam Patri, sapientiam Filio, & similia: sic etiam hæc vox religiosi, communis est omnibus verum Deum sana fide colentibus, & nihilominus speciali ratione ijs qui peculiari modo se diuino cultui dedicant, appropriata est: & ideo quamuis nonnulli hæretici etiam hoc in monachis reprehendere voluerint, quod religiosorum nomen sibi vendicauerint: nihilominus tamen esse veram calumniam omnes catholici intellexerunt. Itaque commune hoc nomen sine arrogantia potuit huic religioni appropriari: quia multa habet propria, in quibus merito hæc impostio, seu accommodatio fundari potuit. Primùm, quia vt dictum est, Christo specialiter coniungitur, vt ei circa efficaciam redemptionis, & salutem hominum, quam nomen IESVS præ se fert, specialiter cooperetur. Secundò, quia Christi vitam proprio, & particulari modo imitatur, vt in sequentibus ostendemus. Et nunc breuiter declaratur, quia in hoc præcipue suos instituit, vt summa vnione charitatis inter se vivant, more discipulorum Christi, & vt Christo conformentur, præcipue in obedientia ad Patrem, & in affectu ad animarum salutem: quos

XII.

Ab arrogantiæ nomine Societas ibi beratur.

XIII.

Replia. Dilatit etiam inter Dialecticos, genericam vocem aliquando attribui abiectioni speciei, vt denotetur potius nihil habere extendens, præter id quod commune est: nomen autem Societatis IESV, licet excellentiam magnam præ se ferat, tamen ex se non aliam significat, præter illam, quæ toti Ecclesie, & omnibus membris eius communis est, & ideo attribui potuit alicui parti eius, non tanquam excellentiori, sed tanquam minimæ, & quali nihil proprium habenti, vnde gloriatur. Deinde addo, etiam esse vulgarem Theologorum doctrinam, nomina communia, quantumuis excellentia, rectè appropriari alicui, quando, & penuria nominum cogit, & sufficiens ratio ad talem appropriationem inuenitur. Sic nomen Spiritus sancti, quod aliis commune est tertie personæ, tanquam proprium imponitur, vt omittat multa essentialia, & communia nomina personis appropriari, vt potentiam Patri, sapientiam Filio, & similia: sic etiam hæc vox religiosi, communis est omnibus verum Deum sana fide colentibus, & nihilominus speciali ratione ijs qui peculiari modo se diuino cultui dedicant, appropriata est: & ideo quamuis nonnulli hæretici etiam hoc in monachis reprehendere voluerint, quod religiosorum nomen sibi vendicauerint: nihilominus tamen esse veram calumniam omnes catholici intellexerunt. Itaque commune hoc nomen sine arrogantia potuit huic religioni appropriari: quia multa habet propria, in quibus merito hæc impostio, seu accommodatio fundari potuit. Primùm, quia vt dictum est, Christo specialiter coniungitur, vt ei circa efficaciam redemptionis, & salutem hominum, quam nomen IESVS præ se fert, specialiter cooperetur. Secundò, quia Christi vitam proprio, & particulari modo imitatur, vt in sequentibus ostendemus. Et nunc breuiter declaratur, quia in hoc præcipue suos instituit, vt summa vnione charitatis inter se vivant, more discipulorum Christi, & vt Christo conformentur, præcipue in obedientia ad Patrem, & in affectu ad animarum salutem: quos

vide D. Th. in 4. d. 27. q. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3.

Diluitur secundò.

Vide Bellari in lib. de monachis.

Rationis cur nomen totius Ecclesie appropriatur huic religioni.

XI.

De nomine IESV.

Cur Ignatius de suo nomine Societatem em hunc cupari voluerit.

Quos omnes effectus nomen illud præ se fert iuxta illud 1. Ioan. 1. *Quod vidimus, & audimus, annunciamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio eius Iesu Christo.* Tertiò est huic religioni proprium; peculiarem obedientiam Vicario Christi promittere, quod inter alias causas, speciali Dei providentia credimus factum, in derelictionem hæreticorum, qui eodem tempore exorti sunt, & speciali odio Apostolicam sedem, atque ad eam catholicam Ecclesiam prosequuntur. Non ergo nomen *Societatis* hæc religio assumpsit ut vniuersalem Ecclesiam sibi arrogaret, sed potius, ut se illius filiam, & peculiari modo illi obedientem profiteretur. Quis autem filiam reprehendat, quod ex peculiari affectu ad matrem nomine eius insigniri gaudeat? Denique nullus reprehendit religiones aliquas, congregationes, aut particulares personas, quæ vel à Trinitate, vel ab Spiritu sancto, vel à conceptione, vel ab ipso nomine IESU, cognominari recipiunt, vel ob peculiarem institutionem, vel singularem deuotionem, vel propter aliquem alium respectum ad talia mysteria: cum ergo hæc omnes causæ, & plures aliæ, quæ infirmatæ sunt, vel cogitari etiam possunt, in Societate inueniantur, meritò à nomine IESU cognomen accepit. Vltimò verò circa nomen hoc præ oculis habenda est multiplex eius significatio, quæ in constitutionibus eiusdem Societatis declaratur. p. 5. cap. 1. lit. A. Quia enim Societas congregatio quædam est, quæ pluribus membris constat, & nouitijs etiam, qui propria membra non sunt; ideo interdum illo nomine significatur tota Societas, ut nouitijs etiam completitur; nonnunquam excluduntur soli nouitijs, & Societas appellatur totum reliquum corpus ex membris suis constans. Inter hæc autem membra quædam sunt, quæ nòdum ad terminum peruenerunt, sed adhuc probantur aliquo modo, & sunt in via, ut scholastici, & ideo vocari solet aliquando illo nomine hæc congregatio, ut constans ex professis, & coadiutoribus formatis, qui iam sunt in termino sui status. Quia verò inter eos professi sunt præcipui, & apud eos est principaliter regimen Societatis, & ministerium eius, ideo specialiter solet eis hoc nomen attribui. Quæ distinctio ad intelligenda ea, quæ dicemus, præ oculis habenda est.

Nomen Societatis vnde in constitutionibus usurpatur.

CAP. V. II.

Quis sit finis huius religionis.

I. Sicut in actionibus humanis earum honitas, & perfectio ex fine pendet, ut est commune Philosophorum dogma, propter quod dixit Seneca epist. 46. *Finem summi boni ad quem factum nostrum, dictumque respiciunt, proponendum nobis esse, ne vita in incertum vagetur.* Imò etiam Christus Dominus Matth. 6. Luc. 11. dixit, ex oculo cordis, & simplicitate intentionis totius corporis lucem pendere. Sicut inquam hoc in singulis actionibus verum est, ita etiam in quolibet vitæ statu; nam finis eius est quasi basis, & fundamentum illius, ut rectè dixit Greg. li. 28. moral. cap. 13. explicans verba illa Iob. 38. *Super bases illius solidata sunt, visa inquit nostra in intima finis intentione subsistit.* Est etiam quasi generale principium, ex quo conditiones, seu proprietates, vel obligationes vniuscuiusque status colligendæ sunt, iuxta illud Arist. 2. Physic. 8. *Sicut principium in speculabilibus, ita finis in moralibus.* Inter moralia autem, status hominum primarium sine dubio locum obtinent. Est denique finis vniuscuiusque status, seu religionis, si proprius sit, veluti propria forma, à qua veluti propria discretia constituens talem religionem, eamque ab alijs distinguens sumitur, ut ex D.

Est item principium in moralibus.

Est denique quasi discretio distinguens statum.

Thomæ doctrina 2. 2. quæst. 184. intelligere licet. Ob has ergo causas ad intelligendum Societatis institutum, eiusque rationes, ac proprietates explicandas, finis illius primùm omnium contemplandus est. Atque ita primi etiam nostri Patres, quoties à Summis Pontificibus approbationem huius religionis petierunt, à fine illius sue supplicationis initium sumplerunt. Ab illis ergo, atque ad eam Pontificibus, & responsis eorum finem huius religionis adducamus.

Finem huius religionis esse non solum proprium, sed alienam perfectionem querere.

In prima ergo Bulla Pauli III. in formula instituti ei proposita Societas ad hoc potissimum instituta dicitur, *ut ad profectum animarum in via, & doctrina Christiana, ad fidei propagationem, &c. præcipue intendat.* Et inferius ad vnumquodque Societatis membrum dicitur. *Curret primo Deum, deinde huiusmodi profectum rationem, quæ via quadam est ad illum, semper ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totum virum assequi.* Eadem verba ferè inueniuntur in simili formula oblata Iulio III. ut haberetur in prima eius Bulla. Idem repetunt alij Pontifices, præterim Greg. XIII. in constitutione. *Quanto fructuosius, ubi sic ait. Sicut finis dictæ Societatis fidei propagatio, & descriptio, animarumque in via, & doctrina Christiana profectus, ut etiam gratia eius vocationis proprium est, diuersa loca de Romanis Pontificibus, ac præpositi Generali eiusdem Societatis directione peragrat, &c.* Et in altera constitutione. *Assistenti Domino. Cuius (scilicet Societatis) inquit, omnis præcipuus finis est, catholica religionis defensio, ac propagatio, animarumque in Christo, ana via & doctrina profectus.* Deinde in suis constitutionibus sæpe hunc finem nobis proposuit B. Ignatius, magis; explicauit. Nam in examine (quod omnibus Societatem ingredi volentibus statim in principio proponitur) c. 1. n. 2. sic inquit. *Finis huius Societatis est, non solum salutis, & perfectionis propriarum animarum cum diuina gratia vacare, sed cum eadem impense in salutem, & perfectionem proximorum incumbere.* Et in p. 1. Constitutionum cap. 2. num. 8. ait: *Institutum Societatis esse recta tendere ad iuuandas, & disponendas animas ad sui ultimi finis consequentiam.* Ep. 3. cap. 1. §. 9. sic de Societate loquitur. *Quæ tota ad maiorem Dei gloriam, & vniuersale bonum, & vniuersalem animarum salutem, & p. 4. statim in initio. Cum scopus ad quem Societas ita tendit, sit suus, ac proximorum animas ad finem vltimum consequendum, ad quem creatæ sunt, inuare, &c.* ubi in declaratione id distinctius explicatur. Ac denique ex hoc fine ferè omnia colligit, quæ in omnibus partibus constitutionum disponit, ut in discursu operis videbimus. Hic verò specialiter notanda sunt illa verba, quæ in 7. p. c. 1. §. 1. scripta reliquit de eodem fine, scilicet, *Qui finis nostri instituti valde proprius est.*

Satis ergo, & ex testimonio authoris instituentis, & ex assensu Pontificum approbantium, constat hunc esse finem Societatis. Neque hic alia ratio postulanda est: quia finis intentio, seu designatio libera est operanti, vel artifici: ille ergo est finis rei institutæ, quem ipse institutor sibi proposuerit, quemque intendere tenentur omnes, qui talem viuendi rationem profitentur. Deinde (à posteriori argumentando) ille est finis alicuius status, ad quem præcipue operationes eiusdem status, & media, quæ ad illas ordinantur, diriguntur; nam operatio est finis proximus, seu formalis; seu finis quo (ut Theologi loquuntur) id autem, quod per talem operationem comparatur, est finis, quod omne ferè opus, ac negotium Societatis ad hoc tendit, ut animarum salutem, & perfectionem, quan-